



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Commentaria Ac Disputationes In Primam Partem Divi Thomæ**

**Suárez, Francisco**

**Moguntiaë, 1620 [erschienen] 1621**

Cap. 24. Potueritne homo purus, vel Christus mereri aliis  
prædestinationem quoad liberam determinationem electionis diuinæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-84432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-84432)

33.  
Vgatur am  
plus diffi-  
cultas.

Respondetur

Sed instabis, quia licet ante decretum, quo Deus definit, v. g. vt Petrus credat, vel de peccato doleat, cooperatio libera solum fit sub conditione praeuifa, tamen posito illo decreto, iam scientia illa transit in absolutam, praescitque Deus hunc hominem habiturum aliquod meritum per talem fidem, vel penitentiam: ergo illud meritum sic praeuifum, erit ratio dandi illi talem vocationem, & praedestinandi illam, nam prius ratione est illud decretum, & illa praescientia, quam decretum de tali vocatione danda. Respondetur, hoc genus praescientiae etiam non sufficere, saltim secundum ordinariam legem ad causalitatem meritoriam, vel dispositiuam, sed solum ad rationem finis; vel medij, quia per scientiam illam non praeuidetur homo, vt iam operans in se, nec vt habens omnia principia, & dona necessaria ad merendum, sed solum praecognoscitur ille effectus vt futurus ex efficacia diuinae voluntatis, a cuius liberalitate adhuc spectantur (vt sic dicam) dona illa, quae sunt futura principia talis meriti, vel dispositionis. Et ideo decretum, quod Deus habet in posteriori signo rationis de danda homini tali vocatione, nullo modo nascitur ex merito ipsius hominis, quantumuis Deus iam praesciat in suo decreto habiturum hominem talia merita, quia nondum videt talia merita, vt facta, & exhibita ab ipso homine in praesentia aeternitatis, imo nec videt hominem vt sibi iam gratiosum vel vt eleuatum ad supernaturaliter operandum: solum ergo decretum illud, & praescientia in illo mouet, vt intentio finis ad danda media praestituto fini consentanea.

CAPVT XXIV.

Potuerit ne homo purus, vel etiam Christus Dominus mereri alijs praedestinationem, quoad liberam determinationem electionis diuinae.

1.  
Opinio affirmans.

Lacitur sum-  
damensur.

Non desunt moderni Theologi docentes, sicut potest purus homo iustus mereri alteri dona gratiae: ita etiam posse mereri alteri praedestinationem totam, etiam quoad ipsam electionem ad gloriam. Fundamentum eorum ex nonnullis principijs conficitur. Primum est, electionem efficacem praedestinari ad gloriam non esse primum actum diuinae voluntatis circa praedestinatum, sed potius esse vltimum. Secundum est, vnum hominem mereri alteri primam vocationem gratiae, & consequenter decretum Dei de illa vocatione congrua conferenda, saltim quoad liberam determinationem diuinae voluntatis ad talem effectum. Tertium est, eadem ratione posse vnum hominem mereri alteri omnes alios effectus praedestinationis posterioris vocatione, etiam quoad praefinitionem illorum in voluntate Dei, tum quia sicut potest vnus homo mereri alteri vocationem congruam, ita & perseuerantiam, & consequenter ceteros effectus: tum etiam, quia esto non ita immediate ceteros effectus mereatur, tamen virtute omnino meretur, vel omnium est aliquo modo origo, & causa, nam merendo vocationem congruam, virtute meretur actualem conuersionem, quae est preparatio ad subsequentes effectus, & sic consequenter vsque ad glorificationem. Quartum principium est, orationem, vel meritum vnus pro alio praedestinato, non computari inter effectus praedestinationis eius, nec esse gratiam, quae illi fit pro quo oratur, sed oranti. Quia oratio alterius non est alteri praedestinato principium bene operandi, sed impetrat illi tale principium: solum autem id quod est principium bene operandi, est propria gratia, & praedestinationis effectus. Ex quibus principijs concluditur, posse mereri vnum hominem alteri totam praedestinationem quoad Suarez: De Deo trinuno.

effectus eius, & consequenter etiam quoad electionem ad gloriam, vel gratiam: quia electio ad gloriam non supponitur ante praeuifos alios effectus gratiae: & electio ad gloriam non est nisi voluntas efficax dandi illam congruam, quam plane meretur, qui meretur vocationem congruam.

Hac opinio & noua, & singularis est, & ideo, sicut supra diximus, non posse vnum hominem purum mereri alteri omnes effectus praedestinationis eius, ita etiam nunc de eodem homine dicimus, non posse mereri alteri diuinam praedestinationem quoad efficacem praedestinationem ad gloriam, vel gratiam, quoad absolutum decretum dandi illam. Haec est aperta sententia Diui Thomae dicit q. 23. art. 8. & communis interpretum ibi, & Durandus in 1. d. 41. quaest. 3. num. 4. Eamque docet expresse Gregorius lib. 1. Dialog. capit. 8. vbi explicat, praedestinationem iuari precibus sanctorum, non quia oratio fit ratio vel motiuum, propter quod Deus alium praedestinat, sed quia ipsa quoque precibus regni praedestinatio, ita est ab omnipotenti Deo disposita, vt ad hoc electi pro labore perueniant, quatenus postulando mereantur accipere, quod eis Deus ante secula dare disposuit. Quod probat exemplo Isaac, qui pro conceptione Rebeckae Deum orauit, illamque impetrauit, quamuis propagatio generis Abraham per Isaac promissa iam esset, ac proinde praedestinata.

2.  
Practica  
opinio ener-  
uatur.

D. Thom.  
Durand.  
Greg.

3.  
Prosper.

Idem sentit Prosper lib. 2. de vocat. Gent. cap. vii. alias penult. Vbi cum dixisset, electionem praedestinationem esse secundum propositum, & gratiam Dei, subdit, Contra hanc inuicta veritas splendidissima lucem, solent quidam non sobrie dicere, superfluo ad acquirendum bonorum operum merita laborari, frustra etiam orationibus, quibus Deus orandus speratur, insisti, si ex incommutabili proposito eius, Christiana gratia subsistit electio. Cui obiectioni in summa respondet, diuinam electionem non excludere media, quae in sua praescientia praenouit, & eadem electione ad gratiam, sicut praedestinationem preparauit. Deus ergo (inquit) ipsos quos elegit sine meritis, dat unde ornentur & mereantur. Et frustra dicitur, quod ratio operandi non sit electis, cum ad hoc operentur, vt electi fiant, id est, vt tales fiant, quales esse per electionem ordinati, seu praeniti sunt. Idemque de orationibus respondendum putat: nam orationes etiam supponit electionis propositum, & ex illo manant, vt illis medianibus executioni mandentur. Vnde subiungit inferius: Orationum vero sollicitudinem diuinae electionis proposito non resolui, vno testimonio euidenter probabo, vt cetera studio breuiter omittam. Est autem exemplum de Tobia iuniore, de quo supponit a Deo fuisse praedestinatum, vt Saram in vxorem haberet, nihilominusque ab Angelo admonetur, vt eam perat, &c. Tobiae sexto. act tandem concludit. Quamuis ergo quod statuit Deus nulla possit ratione non fieri, studia tamen non tolluntur orandi, nec per electionis propositum, liberi arbitrij studium relaxatur, cum implenda voluntatis Dei, ita sit praedeterminatus effectus, &c. Hoc denique aperte supponit Augustinus libro de Bono perseuer. capite vigesimo secundo, cum ait: Si qui sunt nondum vocati, pro eis vt vocentur, oremus; forsas se etiam sic praedestinati sunt, vt nostris orationibus conuedantur.

4.  
Scripturae  
testimonia  
adducuntur.

Tob. 6.

August.

Præterea, si testimonia Sacrae Scripturae expendantur, quibus Augustinus, Prosper, & alij Patres gratuitam praedestinationem, & electionem probant, non solum demonstrant esse gratuitam respectu eius, qui praedestinatur, sed etiam respectu aliorum (Christum nunc excipio, de quo statim dicam.) Probatur, quia in primis Christus nulli alij, praeterquam sibi tribuit hominum electionem, cum ait, Non vos me elegistis, sed ego elegi vos. Illa ergo verba ostendunt plane omnes esse electos ex sola Dei voluntate. Ergo, sicut hinc recte colligitur, Deum neminem elegisse propter bonam voluntatem, & petitionem in eo praeuifam, ita etiam nec propter petitionem

ARRE  
D. V.  
/

Ephes.

alterius, alias non sola sua voluntate, nec primario ex se id fecisset. Idem ad Ephes. ait Paulus, *Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem*, &c. & infra, *Prædestinationis secundum propositum eius*: tota ergo hominum electio est ex solo proposito, & beneplacito Dei. Quod si respectum aliquem habuit ad merita, vel actiones alicuius hominis, soli Christo id tribui potest, de quo Paulus singulariter ait (*in ipso*) non ergo elegit Paulum in Stephano, id est, propter orationem Stephani, sed tantum in Christo. Imo etiam in ipso Christo nos elegit *secundum consilium voluntatis sue*, ut mox explicabimus: non ergo elegit Paulum ex consilio voluntatis, aut orationis Stephani, sed potius ex eodem consilio voluntatis diuinæ Stephanus orauit, ut Paulus consequeretur beneficium gratiæ, ad quam fuerat electus.

4. Ab incommodis roboratur. Auguſt.

Ab incommodis etiam potest hoc confirmari, nam sequitur, Beat. Virginem, & antiquiores Patres meruisse prædestinationem Christi Domini, & electionem illius humanitatis ad vniõnem hypostaticam, quod dici non potest, ut pro certo supponit Auguſt. lib. de prædestinat. Sancto. cap. 24. & in materia de Incarnatione ostenditur. Sequela patet, quia illi Patres suis orationibus Incarnationem illam impetrarunt, & plura media antecedentia ad illam ut parentes Virginis, illius conceptionem impetrarunt, & Abraham meruit procreationem Isaac, & sic de alijs. Vnde in vniuersum ex illa sententia sequitur, quoties quis impetrat alteri aliquid donum, vel beneficium Dei, impetrare etiam prædestinationem ad illud, ac proinde Parentes Virginis meruisse illi saltem remote, & mediate electionem ad maternitatem Dei, quia non est prius electa in matrem, quam præordinata fuerit ad existendum. Si ergo parentes impetrarunt, ut prædestinaretur ad esse, ergo saltem remote, & in fundamento meruerunt cetera, quæ inde sequuta sunt. Atque eodem modo meruisset Stephanus Paulo electionem ad Apostolatam: nam si meruit illi electionem ad gloriam, quid mirum, quod ad Apostolatam etiam meruit, quæ posterior est.

5.

Vnde ulterius sequitur, vnumquemque sibi mereri electionem ad omnia illa bona, vel ad quamcumque dignitatem, quam sibi, orationibus impetrat, vel per priorem gratiam sibi aliquo modo meretur: Ut, v. g. B. Virginem meruisse sibi electionem ad Dignitatem matris Dei, quia illa dignitas ut in re exhibita supponit gratiam in Virgine, per quam gratiam sibi aliquo modo meruit illam dignitatem, ergo, & electionem ad illam. Et sic Abraham impetrasset sibi electionem in Christi progenitorem, quia illius beneficij promissionem sibi promeruit. Sequela patet, quia si propter aliquid asseritur, eum, qui alteri meretur vocationem, mereri etiam electionem, solum est, quia vocatio vnus supponit gratiam in alio, per quam possit mereri aliquo modo alteri vocationem, quæ habet rationem primæ gratiæ respectu eius, qui vocatur: tamen respectu alterius est quasi secunda: at simili modo dignitas matris supponit gratiam in Virgine, respectu cuius dignitas illa est gratia secunda. Hæc autem, & similia falsa sunt, ut ex alijs locis suppono: satisque nobis est esse à communi Doctorum sententia aliena.

6. A priori ratione redditur.

Ratio denique à priori est, quia illa oratio, per quam vnus alteri impetrat vocationem, est effectus prædestinationis, non solum ipsius orantis, sed maxime illius, pro quo oratur: non est ergo causa totius prædestinationis. Antecedens in libro sequenti generaliter probatur, ostendendo, non solum actiones prædestinati, vel principia earum, sed etiam omnem actionem cuiuscunque hominis, quæ specialiter cooperatur ad salutem alterius, esse effectum prædestinationis illius, qui per alium saluatur. Nunc vero duobus modis breuiter ostenditur. Primo ex principio posito in 1. libro, quod electio ad

gloriam est primus actus voluntatis diuinæ circa prædestinatum, ac proinde prædestinatos omnes in eodem signo rationis fuisse ad æternam salutem electos. Hinc enim aperte sequitur, & non potuisse vnum hominem mereri alteri electionem, quia electio omnium simul facta est, ante omnia eorum opera præuisa: & subinde quid vnus pro alio meretur, impetrat, aut operatur, quod cum effectu conducatur ad executionem electionis, esse eiusdem electionis effectum, eo modo, quo media sunt effectus intentionis finis. Quin potius licet illa intentio dandi gloriam Paulo non præcederet per efficacem & absolute decretum: nihilominus negari non potest, quin Deus inspirauerit Stephano, illam orationem ex intentione, & affectu saluandi Paulum, qualiscunque ille affectus fuerit, id est, siue fuerit per voluntatem efficacem, siue tantum per simplicem, & antecedentem. Quia illa oratio sine dubio fuit ex Spiritu sancti inspiratione & effectus conuersionis, & salutis Pauli erat optimus: ergo incredibile est non fuisse à Spiritu sancto intentum, saltem simplici effectu. Eo vel maxime, quod ipse deprecator, ut, v. g. Stephanus, id solet intendere, & desiderare, & hæc ipsa intentio à Spiritu sancto est, ergo multo altius habet illam Spiritus sanctus. At hoc est satis iuxta horum doctorum sententiam, ut vocatio ipsa, Pauli sit effectus prædestinationis eius, videlicet quod procedat ex affectu simplici Dei saluandi Paulum: ergo idem sufficet in oratione, quæ pro illo ab alio fit: nam quod hæc oratio sit in alio, non impedit, quin esse possit effectus prædestinationis Pauli.

Quod secundo probatur, quia gratia alicui facta non solum est beneficium eius, sed etiam est beneficium alterius, si propter eum, & in eius vtilitatem datur. Nam gratia, quæ datur illucatori, v. g. Philippo, ut congruo modo alium illuminet, scilicet Eunuchum Aethiopem, sine dubio est beneficium Eunuchum factum, & supernaturale, ac gratuitum: fuit ergo gratia, & si ille Eunuchus prædestinatus erat, ut credendum est, plane ille fuit effectus prædestinationis eius. Ergo similiter oratio vnus pro alio est beneficium gratiæ à Deo collatum ei, pro quo oratur, etiam si illi non inhaereat. Quia gratiæ beneficia latius patent: vnde, si talis, pro quo oratur, electus est, & oratio illa cooperatur efficaciter ad vltimum effectum electionis, sine dubio non est electio ex oratione, sed potius oratio ex electione. Idemque est de quocumque alio merito vnus pro alio. Non ergo potest esse talis oratio, vel meritum, ratio totius prædestinationis alterius: nec quoad omnes effectus eius, nec quoad liberam determinationem diuinæ electionis.

Ad fundamentum contraria sententia facilis est ex dictis responsio. Nam ex quatuor principijs, quæ assumit, primum, & falsum est, & non recte nec consequenter ex illo arguens infert, ut videtur. Secundum autem principium, licet sit verum, tamen quoad meritum vocationis alterius, non tamen quoad decretum, ex quo talis vocatio prædestinata est, nam ut sic, comparatur ut finis proximus, propter quem spiritus talis orationis alteri datur. Neque illa consequentia bona est, meretur quis vocationem alterius, ergo meretur primam determinationem diuini decreti præhærentis talem vocationem, ut iam satis tractatum est. Tertium autem principium, licet admittatur, quoad executionem, de effectibus prædestinationis, qui sunt in executione posteriores vocationis, nihil refert, quia illi sunt prædestinatione priores in præordinatione diuina: & ita non sequitur, quod talis oratio sit ratio prædestinationis quoad ipsam determinationem actus Dei. Et præterea non sunt illi omnes effectus prædestinationis talis hominis: nam ipsa oratio alterius, & gratia ad illam, est etiam effectus: & ita nec omnium effectuum simpliciter, prout in executione conferuntur, potest illa oratio esse cau-

Cap. XXIV. Mereatur ne vnus alteri electionem.

esse causa. Vnde quartum principium simpliciter falsum est. E ratio, qua probatur, nullius est momenti. Cur enim tanta principia bene operandi sunt effectus predestinationis? oppositum itaque infra ostendimus. Aut cur etiam illa oratio non dicitur principium bonę operationis alterius, saltem remote, eo modo quo dici solet, quod est causa causa esse causam causati? quæ causalitas licet physice sit per accidens, tamen moraliter est magni momenti, & quasi per se reputatur.

in 3. d. 19. artic. 2. conclus. 4. licet ab Scoto dissentiat in assignatione instantium, seu signorum rationis in ipsa æterna predestinatione, aut electione: tamen conuenit in conclusione, quod Christus non est causa nostrę electionis ex parte diuini actus. Quia ille, inquit, adeo simplex est, vt nec re, nec ratione possint in eo plures distingui, ideoque nulla postest causa, vel ratio habere locum in illo, vt terminatur ad vnum obiectum potius, quam ad aliud. Vnde etiam ille vtriusque vulgari illa distinctione Theologorum, de causa predestinationis quoad actus, vel quoad effectus, & conuenit cum alijs in neganda causa ex parte actus, licet propter diuersum fundamentum. Nec videtur opinio hæc seu distinctio satis exponere voluntate solum quoad actum ipsum realem, quia hoc modo insufficientes esset distinctio, & resolutio. Ratio etiam, qua multi videntur, quod temporale non potest esse causa æterni, non esset adæquate, quia temporale vt ab æterno præcognitum, potest esse causa, id est, ratio æternę determinationis liberę, si aliunde propter identitatem actus, vel prioritatem, aut simultatem in signo æternitatis, non repugnat.

9. At vero hinc nascitur alia difficultas pertinet ad alteram partem in titulo capitis propositam. Nam sequitur etiam ex parte Christi Domini non dari rationem, aut causam electionis predestinatorum, prout est decretum liberum dterminatum ad salutem talium hominum efficaciter volendam. Consequens videtur esse contra Paulum ad Ephes. i. dicentem, *Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem*: ergo. Sequela probatur, quia etiam Christi meritum, vel ratio eius pro electis est effectus electionis, & predestinationis eorum. Cur enim oratio Stephani pro Paulo est effectus predestinationis Pauli, & oratio Christi pro Paulo nõ est effectus predestinationis Pauli? Ergo sicut Stephanus non meruit Paulo electionem, ita neq; Christus. Et Confirmatur, quia supra dictum à nobis est, electionem omnium predestinatorum factam esse ante præuisum originale peccatum: at de Christo Domino probabilis sententia est, quæ affirmat non fuisse predestinatum ante originale peccatum præuisum, ergo plane sequitur, reliquos homines, nec electos, nec predestinatos fuisse propter merita Christi præuisa, & quamuis Scotus, & alij sentiant, Christum vt hominem fuisse predestinatum ante præuisum peccatum originale, nihilominus idem Scotus 3. d. 19. quæstione prima dicit non fuisse præordinatum ad merendum, ante predestinatorum electionem: atque ita non potuisse hanc predestinatorum electionem esse ex meritis Christi præuisis. Quod etiam videtur in nostra sententia dicendum, qua supra asseruimus electionem hominum factam esse ante præuisum originale peccatum: at inde sequitur Christum non fuisse ante alios homines electum, sed ad summum simul cum illis in eodem signo rationis. Ex quo etiam sequitur, electionem hominum non supposuisse præscientiam meritum Christi: sicut electio ipsiusmet Christi non supposuit merita eius præuisa.

Ratio dubitandi.

Probabilis opinio.

Scotus.

10.

D. Thom.

11.

Alenf. Bonau. Albert. Richard. Durand. Gabr.

Eodem fere modo procedit Alenf. 3. p. q. 3. memb. 5. & Bonauent. 3. d. 11. arr. 1. q. 3. Albert. d. 10. art. 3. Richard. artic. 4. q. vlt. Durand. qu. 3. qui in sol. ad 2. addit, non fuisse Christum causam nostrę predestinationis quoad effectus omnes illius, quia inter hos effectus ponit ipsammet incarnationem. Gabr. item

Suarez. De Deo trinuno.

Ex modernis vero nonnulli clarius docent, electionem hominum factam esse, ex meritis Christi præuisis. Quorum sententiam in 1. 10. 3. p. disp. 41. sect. 4. sequutus sum, iuxta illam simul exponens fere antiquorum dicta, ita tamen illam sententiam declarans, vt soli diuinae voluntati reseruandam duxerim optionem (vt ita dicam) electorum, id est, quod hi præ illis prædestinentur, nam hoc non putari posse attribui Christi meritis, etiam si illa electio prout est beneuolentia, & beneficium electorum illis attribuenda sit. Et hoc ipsum non vt fide certum, nec vt constantem Theologorum, vel Patrum sententiam, sed vt piam, & probabilem opinionem defendi. Idemque nunc fere sentiendum iudico: aliquid vero amplius explicandum est, & aliquibus obiectionibus satisfaciendum.

Duo enim in his, quæ proxime retuli, à posterioribus Scriptoribus animaduersa esse video, vt correctione digna. Afferunt enim in primis electionem predestinatorum, non solum vt est electio, & beneficentia illorum, sed etiam vt est electio ex massa perditionis (vtique comparatione aliorum, qui nõ ita diliguntur) esse ex meritis Christi. Deinde censent assertionem hanc non solum esse probabilem opinionem, sed etiam Catholicam doctrinam, in quo significant esse rem de fide certam. Fundaturque maxime in loco Pauli ad Ephesios primo, *Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, vt essemus sancti, &c.* Nam cum in his verbis clare doceat Paulus, nos esse electos in Christo, negari (inquiunt) non potest, electionem nostram fuisse ex meritis Christi. Nec licere putant interpretari locum illum de electione, quatenus dilectio est, sine relatione, vel comparatione ad alios: tum quia id est vocabulo abuti: tum etiam, quia oppositum sentiunt Græci Patres, præsertim Photius apud Oecumenium ad Ephesios 1. vbi exponens id. *Benedixit nos omni benedictione spirituali, at; Benedixit per filium, elegit per filium, charos effectus per filium.* Idemque confirmant verbis illis eiusdem Pauli, *Predestinauit nos in adoptionem per Iesum Christum.* Et ex illo ad Timotheum 1. *Vocauit nos uocatione sua sancta, non secundum opera nostra, sed secundum propostium suum & gratiam, quæ data est nobis in Christo Iesu ante tempora secularia.* Ex quo loco etiam ratio sumitur. Quia Deus in tempore dat electis omnem gratiam usque ad gloriam inclusiue (vt sic dicam) propter Christi merita: ergo ab æterno definitur illam eis dare propter Christi merita: ergo elegit illos, & predestinauit propter Christi merita. Nam quæ Deus in tempore exequitur, & modum quo exequenda sunt ab æterno predestinat.

12.

13.

Duo in sententia procedunt, ma animaduertuntur.

2. Tim. I.

2. Tim. I.

2. Tim. I.

2. Tim. I.

2. Tim. I.

2. Tim. I.

2. Tim. I.

2. Tim. I.

2. Tim. I.

2. Tim. I.

2. Tim. I.

2. Tim. I.

2. Tim. I.

2. Tim. I.

2. Tim. I.

2. Tim. I.

2. Tim. I.

2. Tim. I.

2. Tim. I.

2. Tim. I.

2. Tim. I.

2. Tim. I.

2. Tim. I.

2. Tim. I.

2. Tim. I.

2. Tim. I.

2. Tim. I.

2. Tim. I.

2. Tim. I.

2. Tim. I.

2. Tim. I.

2. Tim. I.

14. *Afferio  
examinatur*

*Duplex sen-  
sus particu-  
laris,  
propter me-  
rita,  
aperitur.*

15. *Declaratur  
cuiusdam  
consequenti-  
a, seu ro-  
bur,*

16. *Propria con-  
clusio.*

Sed prius assertionem ipsam examinemus, deinde gradum certitudinis eius inquiremus. Et in assertionem quidem duplex verborum ambiguitas, & aequiuocatio aperienda est, & cauenda, ne forte dum exageramus electionem nostram in Christo, & per Christum, eam potius à medio tollamus. Nam in primis supra libr. 1. & in hoc 2. notauimus, esse in hac illatione magnam aequiuocationem: Deus ab aeterno voluit dare in tempore gratiam, vel gloriam propter merita: ergo praedestinavit, dilexit, vel elegit propter merita. Nam si sensus sit, vt particula *propter merita* referatur ad obiectum, seu effectum praedestinationis, optima est illatio, nam sensus est, DEVM ab aeterno praedestinasse, vt talis gratia, vel gloria in tempore non daretur, nisi propter talia merita. Alius vero sensus est, vt particula *propter*, referatur ad voluntatem ipsius praedestinantis, vt ab aeterno terminatam ad talem gratiam, vel gloriam tali homini conferendam efficaciter: ita vt ipsa merita voluntatis diuinae, vt praesentis seu intendens efficaciter talem effectum fuerit propter meritum. Et hoc modo illatio non est bona, vt supra ostendi: Nam Deus in tempore non dat electis adultis gloriam, nisi propter illorum merita, nec gratiam sanctificantem, nisi media libera dispositione eorum. Vnde certum est ab aeterno decreuisse ita dare in tempore, & non aliter. Et nihilominus verissimum, satisque certum est, primū decretum efficacax Dei, quo dilexit, elegit, ac praedestinavit homines ad gloriam, non fuisse ex eorū meritis, & primam intentionem sanctificandi illos non fuisse ex praesentia eorum dispositione, sed potius quia illos Deus elegerat ad veram sanctitatem, & eius dispositionem praeparasse, ac tandem praebuisse.

Cum ergo simili consequentione inferatur, propter merita Christi praesentia habuisse Deum aeternam voluntatem saluandi in tempore praedestinos, & gratificandi illos, quia in tempore dat haec omnia propter Christi merita, & ab aeterno non solum disposuit effectus, sed etiam modum exequendi illos: in hoc quidem sensu illatio bona est, & doctrina merito potest Catholica appellari: nam euidenter sequitur ex duobus principijs certis. Vnum est gratiam, & gloriam dari nobis in tempore propter Christi meritum: aliud est, Quidquid Deus in tempore facit, & modum, & rationem faciendi, esse ab aeterno per voluntatem Dei statutam, seu decretam, eo modo, quo effectus postulat. Vnde, si nostra gratia, & gloria in tempore est premium meritorum Christi, profecto ab aeterno Deus voluit, vt esset premium talium meritorum, & id eo disposuit, vt ea nobis Christus mereretur. Hunc ergo sensum intendunt dicti authores, & omnem aliam electionem hominum propter Christi merita negant: quia absolute nullam aliam gratuitam electionem, vel praedestinationem hominum admittunt. Vnde fit, vt soli Christo, & meritis eius immediate solum tribuant vocationem congruam, & consequenter voluntatem illam Dei, qui decreuit ab aeterno, dare homini talem vocationem. Nam caetera dona gratiae, & gloriae, non solum propter Christi merita praedestinavit, & dare decreuit, sed etiam propter ipsius hominis recipientis merita: quod maxime de gloria, & de augmento gratiae consequenter dicere debent, sic scilicet Deum ab aeterno non praedestinasse proxime & immediate aliquem ad gloriam, vel tantam gratiam sanctificantem propter solum Christi meritum, sed propter meritum ipsius hominis, quia ita datur in tempore, & eodem modo praedestinat ab aeterno, quo in tempore datur.

Nos vero, non tantum hanc veritatem admittimus, quatenus ad rem ipsam attinet, sed addimus praeterea non solum illam electionem ad gloriam, quam ex iustitia supra appellauimus, sed etiam illam

quae mereri gratuita est respectu hominis electi fuisse ex meritis Christi, quatenus beneuolentia est, & dilectio talis hominis, vt mox explicabimus. Idemque dicimus de omni decreto gratuito Dei dandi gratiam praedestinato à prima vsque ad vltimam. Et in hoc sensu probabiliter intelligimus citata testimonia Pauli, quae vltima sententia afferebat, circa quae paulo post pauca addemus. Ratio vero sic reddi potest. Quia vel ponimus electionem praedestinatorum factam esse post praesentem originale peccatum, eligendo, & separando illos ex massa perditionis: vel censemus homines fuisse electos ante praesentem originale peccatum, sicut & sancti angeli electi fuerunt. Iuxta priorem sententiam facile est intelligere, Christi merita fuisse praesentia ante hominum electionem, siue Christus ipse ponatur, praedestinatorum ante praesentiam originale peccati, siue post illam. Quia utroque modo Christus est primus omnium praedestinatorum in mente Dei, & primus dilectus, & electus, ideoque potuerunt merita eius praesentia ante electionem aliorum hominum.

Si vero aliam sententiam magis probemus, quae à nobis supra tradita est, homines, qui saluandi sunt, fuisse à Deo praelectos ante praesentem originale peccatum, multo maiori ratione fateri debemus, idque verum esse credimus, Christum Deum hominum fuisse per se primo praedestinatorum ante omnem occasionem futuri peccati praesentiam. Nam Paulus ad Colof. 1. plane docet, ipsum Christum fuisse primum omnium electorum, & dilectorum Dei, & in omnibus primatum tenere, etiam in mente, & intentione Dei. Estque hoc valde consentaneum excellentiae, & maiestati eius, vt 3. p. q. 1. art. 3. latius tractatur. Hoc autem posito, est etiam facile intellectum, Christi merita praesentia in praesentia Dei ad electionem aliorum hominum: quia in ipsa praedestinatione, seu dilectione Christi, merita eius praesentia intelliguntur, ac proinde in eodem signo praesentia sunt vt absolute futura. Si ergo in eo signo, in quo Deus elegit praedestinos, iam habeat praesentia Christi merita futura: ergo propter illa potuit diligere, quoscumque dilexit: ergo ita factum est, quia illa merita sunt digna quocumque premio possibili secundum legem ordinariam Dei: & quia hoc modo ipsum diuinum opus altiori modo fit, & in maiorem etiam gloriam Christi, & hominum redundat.

Restabat autem ibi alia difficultas, quia illa Christi merita non potuerunt praesentia vt fundata in Christi passione: quia in eo signo nondum praesentia intelligitur Christus vt ordinatus ad mortem: haec enim ex peccato, vel occasione peccati traxit originem: Christus autem solum per passionem, & opera, quae ad illam ordinantur, nobis meruit. Dicendum autem breuiter est, in eo signo vel praesentia fuisse Christi merita simpliciter, & absolute, neque includendo, neque excludendo passionem, sed quatenus esse possunt in quolibet opere talis personae. Vel certe praesentia esse, vt fundata in eximio amore Christi ad Deum, & homines, qui amor & in carne passibili, & in impassibili haberi poterat: & per illum de facto Christus nobis meruit, non tantum per propria opera passionis: quamuis per haec fuerit redemptio consummata.

Dicimus vero vterius, vt Christus vere, & proprie dicatur meruisse nobis praedestinationem, & electionem, vel dilectionem ad gloriam, & ad sanctificantem gratiam in tali gradu, & cum perseuerantia dono non fatis esse quod meruerit nobis primam gratiam vocationis congruam, quam in nobis recipimus, nec determinationem liberam illius aeterni decreti, quo praedestinatorum voluntas diuina hunc effectum in tempore confert: sed necessarium esse, vt illa prima intentio efficacax saluandi, & glorificandi electos, quam

*Probatur à simili.* quam Deus respectu illorum mere gratis decreuit, habuerit respectu ad merita Christi prauisam. Quod si Deus hanc non habuit, profecto nec praeordinauit homines ad gloriam propter Christum: licet per Christum illam dare decreuerit. Probatur primo à simili, quia Deus per orationem Stephani dedit in tempore talem vocationem Paulo, & consequenter propter eandem rationem prauisam habuit ex aeternitate decretum, quo effectum illum in tempore mandauit executioni: & nihilominus id satis non est, vt Stephanus dicatur meruisse electionem, vel praeordinationem Pauli, vt visum est: ergo nec in praesenti sufficit: est enim eadem ratio, quam statim explicabimus.

*Ratio à priori.* Secundo est ratio à priori, quia ad merendum id, quod est prius, non satis est mereri id, quod est posterius: sed voluntas vocandi etiam tali modo est posterior electione ad gloriam: ergo solum meritum illius voluntatis, non satis est ad meritum huius electionis. Declaratur minor, quia ante voluntatem dandi homini talem vocationem, & praecedit ordinationis intentio efficax dandi gloriam, per quam intentionem peculiariter diligitur homo, & in illa consistit vel formalis praeordinatio, vel certe radix totius praeordinationis: ergo si Deus non habuit illam intentionem erga me ex meritis Christi, etiam si voluerit me ita vocare ex meritis Christi prauisam, non me praeordinauit ex illis, quoad totam praeordinationem, nec quoad id, quod in ea est formale, ac praecipuum. Eo vel maxime, quod illa vocatio non est proprie effectus praeordinationis, nisi quatenus ex tali intentione procedit: propter quod solet Augustinus illam appellare vocationem ex proposito: nam alio qui solet similis vocatio congrua quoad proximum effectum reprobo dari, tamen quia non est ex proposito, non est effectus praeordinationis. At vero ad merendam praeordinationem, necessarium saltem est mereri illam vocationem, non solum materialiter (vt sic dicam) sed formaliter sub illo respectu, vt effectum praeordinationis: ergo vt procedentem à tali proposito, ergo necesse est mereri propositum illud quoad determinationem liberam ad talem hominem eligendum in vitam aeternam. Vnde euentius constat, quod, vt Christus dicatur causa nostrae praeordinationis, vel electionis ad gloriam, non satis est, quod nobis meruit illam voluntatem exequentem, qua Deus decreuit dare homini gloriam propter eius merita iam prauisam, quia ante illam voluntatem erat homo electus, & consequenter etiam praeordinatus ad gloriam: saltem ordine intentionis.

*Tertia conclusio.* Tertio dicimus, non esse verisimile, electionem hominum praeordinatorum factam esse ex meritis Christi prauisam, sub formali respectu, & comparatione electionis, & dilectionis horum prauisam, & separationis horum in particulari de massa corruptionis. Probatur primo, quia vt electio in hoc sensu facta sit ex meritis Christi, necesse est vt Christi merita iam essent prauisam vt applicata speciali modo his hominibus potius, quam illis: at hoc dicitur non potest probabiliter, ergo. Maior probatur, quia si solum prauidebantur in communi, vt merita pro salute hominum offerenda, ex vi illorum non determinabatur voluntas Dei ad hos, potius, quam ad illos. Imo ex vi illorum meritorum posset homines ad beatitudinem efficaciter ordinare, nullam electionem inter eos faciendo: & è conuerso, stante illo merito Christi sic prauisam, potuisset Deus neminem efficaciter praordinare ad gloriam, sed omnes tantum sufficenter: quia nec tale meritum, nec aliud quidpiam, necessitatem talis electionis illi imponebat. Denique non solum quoad exercitium (vt sic dicam) sed etiam quoad specificationem, seu determinationem ad hos potius, quam

Suarez. De Deo trinuno.

illos eligendos, erat electio illa libera Deo, non obstante tali praeuisione meritorum Christi: quia meritum vt sic prauisum, est in se indifferens. Ergo oportuisset, prauidere meritum, vt applicatum his potius, quam illis. At hoc dicitur non potest, quia hoc ipsum maxime pendet ex diuina vocatione: ergo.

Respondent negando maiorem, quia ad merendam electionem, & separationem, satis est, quod absolute fuerit Christi meritum prauisum vt oblatum Patri pro salute hominum, & quod intuitu eius aliquos elegerit Pater. Quia hoc sufficit, vt gratia electionis detur propter Christum, & quod Christi meritum fuerit causa necessaria vt eligerentur. Sed haec altera aequiuocatio; ob quam de solo nomine in hoc puncto disputatur. Nam in hac assertionem iam non tractamus de electione, quatenus respicit beneficium factum ei; qui eligitur, sed formaliter tractamus de comparatione illa, & de determinatione voluntatis diuinae ad hunc potius, quam ad illum. Vt, verbi gratia, si testator praecipiat heredi, vt centum virgines huius ciuitatis suis expensis in matrimonium det, clarum est donationem illam esse effectum talis testamenti, & voluntatem illam, qua haeres praecipuum exequitur, esse effectum voluntatis testatoris, & hoc sensu simpliciter dici posse, tales virgines debere testatori tale beneficium. Nihilominus tamen aliquid liberalitatis, & gratiae ibi contulit haeres, quod non manauit ex voluntate testatoris, nimirum, quod illae centum virgines sint haec potius, quam aliae, hoc enim ex sola haeredis voluntate dependet. Vnde, si testator non absolute legasset vt centum virgines, sed vt tales nuptui darentur, &c. sine dubio maiorem illis gratiam contulisset, fuissetque tota causa electionis earum; vt cum alijs comparantur, eisque praefertuntur: quod in priori modo testandi dici non potest. Ita ergo in praesenti dicendum est, si Pater aeternus in eo ligno, in quo elegit praeordinatos, solum habebat praescientia Christi merita, vt offerenda pro salute hominum absolute, & non pro his potius, quam pro illis, propter Christum quidem habuisse decretum illud, quo tales homines dilexit, & re ipsa elegit, tamen peculiarem determinationem ad hos potius, quam ad illos non habuisse ex Christi meritis, sed sola sua voluntate. Sicut posito eodem principio optime sequitur, non fuisse ex Christi merito, sed ex Dei voluntate, quod multitudine electorum fuerit in tanto numero, & non in maiori, vel minori, & quod fuerit ad tales gradus gratiae, & gloriae, & non ad alios, & similia, quorum omnium eadem ratio est.

Altero respondet, negando minorem, videlicet in illo signo non fuisse merita Christi prauisam, vt ab ipso applicata, & oblata specialiter pro his hominibus, vt illi eligerentur ad talem vocationem, & gratiam congruam: nam in tempore ita factum legimus Ioann. 17. dum Christus peculiariter petijt pro discipulis perseverantiae donum: addiditque, Non pro mundo rogo, sed pro his, quos deus dedit mihi, significans suam peculiarem voluntatem, & applicationem suorum meritorum. Et simile est quod Lucas 22. dixit Petro; Ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua. Sed in hac responsione semper laboratur in aequiuoco, & haeremus in eodem dogmate, quod electio ad gloriam non praecedit exequentem voluntatem in ordine intentionis, & praeordinationis. Quamuis ergo verum sit, Christum in tempore peculiariter orasse pro praeordinatis, eisque ad exequentem electionis eorum singulari modo sua merita applicasse: recteque inde inferatur, hanc Christi orationem, vel applicationem fuisse ex aeternitate prauisam, ante decretum executiuum praeordinationis: nihilominus non recte inferatur, meritum Christi sic applicatum

plicatum fuisse præuisum ante electionem prædestinatorum. Nam est argumētari ab æternitate, ad primum signum æternitatis quod friuolum est: nam etiam ipsius prædestinati merita fuerunt ab æterno præuisa, & non inde sequitur, fuisse præuisa in primo signo, antequam prædestinatus eligeretur ad gloriam.

24. Declaratur item ratione, quia, quod Christus peculiari modo orauerit pro talibus hominibus, illique sua merita applicauerit efficaciter, primam causam & originem habuit in diuina voluntate, ita ut non fuerit arbitrium humanæ voluntatis Christi. Quis enim vel cogitare audeat, profundum mysterium electionis hominum, totamque rationem, & modum prædestinatorum quoad numerum eorum, & differentiam mansionum, & graduum in gratia, & gloria, fuisse ordinata à voluntate Dei ut approbante, seque confirmante voluntati humanæ Christi, & non potius Christum applicasse specialiter sua merita ad executionem talium effectuum, & ad consummationem sanctorum talium, & in tanto numero, pondere, & mensura, quia cognouit ita esse voluntate Dei prædefinitum, & præordinatum? Certe Apostolus in consilio diuina voluntatis hoc refert, ad Ephesios 1. & ideo ad Rom. 8. exclamatur, *O altitudo diuinarum sapientia & scientia Dei.*

Rom. 8.

25. Effugium.

Dilatatur.

Sed aiunt, etiam si prædestinatorum electio non præcesserit in præsentia, ante præuisum Christi meritum pro illis specialiter applicatum: nihilominus Christum in illa applicatione conformasse voluntatem suam voluntati diuinæ, quia prænouit illam esse Dei voluntatem, ut pro illis sic oraret. Sed interrogo, de qua Dei voluntate loquantur: aut enim de solo simplici affectu, & desiderio inefficaci, aut de voluntate beneplaciti, & efficaci. Primum dicere non possunt cum probabilitate, & consecutione doctrinæ. Aut enim ille affectus est liber in Deo, vel naturalis, si naturalis, cur ad hos potius ponitur ille affectus simplex, quam efficacis? vel quam mutationem causat in creatura ille effectus simplex, ut resulter specialis relatio rationis in diuino affectu, magis ad has personas quam ad illas? Hoc enim argumento uti maxime solent contra decretum efficacis eligendi prædestinatos absque meritis, ut superioribus visum est. Si autem voluntas illa Dei, quam Christus ut homo cognouit, fuit voluntas beneplaciti, illa supponit electionem prædestinatorum, vel ad minimum inchoat eorum prædestinationem: quia præparat illis vnum ex primis, & supremis beneficijs, quibus certissime liberantur, scilicet peculiarem Christi orationem, & applicationem suorum meritorum. Ergo talis voluntas Dei oriri non potuit ex speciali oratione, vel applicatione meritorum Christi, ut est ab humana voluntate eius, quia potius est causa talis orationis, & applicationis: ergo ante totam prædestinationem electorum non supponitur præuisa illa peculiaris oratio Christi.

26. Corroboratio.

Confirmatur, quia quando Christus pro his potius, quam pro illis efficaciter orauit, id sine dubio fecit ex peculiari motione Spiritus Sancti, ut authores etiam contrariæ sententiæ negare non audent: quia in omnibus negotijs, & præsertim tam grauibus, Christus ex peculiari, & efficaci, seu congrua motione Spiritus Sancti operabatur: cur ergo Spiritus Sanctus ita Christi animam mouit, nisi quia iam decreuerat illos homines saluare? Ergo decretum illud non fuit, intuitu illius peculiaris orationis Christi, sed potius fuit causa illius. Item, illa inspiratio facta animæ Christi, beneficium maximum fuit hominis prædestinati, & effectus prædestinationis eius, ut probatum est, sed illa non fuit ex oratione Christi peculiari: ergo nec electio ad gloriam, vel ad omnia beneficia gratiæ supponit præscientiam illius pecu-

liaris orationis, vel applicationis: ergo quod Deus hos præ illis elegerit, non potest in Christi merito, & humanam voluntatem referri.

Confirmatur præterea, nam hæc negatio, nimirum quod Deus non præelegerit efficaciter omnes homines, seu quod aliqui prædestinati non sint, nullo modo potest attribui Christi meritis, aut in eius voluntatem, tanquam in primam radicem, etiam negatiuam, referri: ergo nec electio hominum, ut est formaliter electio, est ex Christi meritis: ergo multo minus ut est electio horum præ illis est ex eisdem meritis. Antecedens quoad priorem partem per se notum est, quia Christus non venit homines perdere, vel à salute retardare, sed venit, ut vitam habeant, & abundantius habeant. Vnde non meruit eis, nisi quod bonum est, & vtile ad æternam salutem: at non prælegi, & non prædestinari non est bonum homini, nec vtile ad salutem, imò de se potius remouet certa, & infallibilia media salutis, vel saltem illa non præbet, neque illa negatio ad illa media confert: non est ergo apta ut sub merito Christi cadat. Vnde etiam facile patet altera pars, scilicet, illam negationem non esse reducendam ad humanam Christi voluntatem: quia illa carentia, & effectus eius principaliter pendet ex diuina voluntate. At vero illa, quæ à diuina voluntate pendet, solum possunt pendere etiam ex voluntate Christi, mediante merito, vel impetratione, aut alia simili causalitate, seu ratione, quæ tali effectui, seu priuationi accomodari non potest: ergo non potest illa negatio in voluntatem humanam Christi, ut in causam reduci. Et confirmatur, quia illa negatio non pertinet ad munus Christi, quod fuit vniuersalis redemptoris, sed ad superiorem prouidentiam vniuersalem Dei: ergo ex diuina, non ex humana Christi voluntate traxit originem, & rationem. Prima consequentia principalis argumenti probatur: quia electio, ut electio, dicitur habitudinem ad illam negationem: nam si omnes diligenter efficaciter ad gloriam, non esset electio, sed tantum dilectio. Et similiter, si Deus decreuisset, ut omnes non solum sufficienter, sed etiam efficaciter redimerentur, non esset separatio quorundam ex massa perditionis, sed restauratio omnium: ergo quod illud decretum Dei fuerit per modum electionis, & separationis, secundum hanc habitudinem, & formalitatem non est ex meritis Christi. Et inde facile patet altera illatio, quæ rationem electionis supponit.

Sed vrgent, Christus Dominus meruit ut hi efficaciter redimerentur, alijs vero non meruit, ut illis efficaciter applicaretur sua redemptio: ergo sicut affirmatio illa est causa affirmationis, ita hæc negatio est causa huius negationis: ergo accommodando singula singulis, ex meritis Christi, & ex modo, quo obtulit sua merita ortum est, ut hi fuerint prædestinati, & non illi, & consequenter quod hi præ illis fuerint electi. Respondeo primo ad primam partem antecedentis, distinguendo illam, de redemptione efficaci quoad executionem, vel quoad præparationem, seu prædestinationem. In priori sensu concedo illam partem, & fateor illam affirmationem meritorum Christi fuisse causam talis præparationis. Addo vero ideo Christum meruisse his hominibus efficacem applicationem suorum meritorum quia à Deo erant electi: & quia cognouit Christus, voluntatem Patris esse, ut illos beneficentia speciali prosequeretur. Quod significauit Christus in tota illa oratione, in qua speciali modo pro prædestinatis rogauit, Ioan. 17. *Manifestaui nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo iuxta, & mihi eos dedi, & infra. Non pro mundo rogo, sed pro his, quos dedisti mihi, & infra. Pater sancte serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi. Vbi sæpe repetit illa verba, Quos dedisti mihi, ut significet ideo se pro illis orare, speciali efficacit, orationis, quia*

27.

Alia confessio.

matto.

28.

29.

30.

31.

32.

33.

34.

35.

36.

37.

38.

39.

40.

41.

42.

43.

44.

45.

46.

47.

48.

49.

50.

51.

52.

53.

54.

55.

56.

57.

58.

59.

60.

61.

62.

63.

64.

65.

66.

67.

68.

69.

70.

71.

72.

73.

74.

75.

76.

77.

78.

79.

80.

81.

82.

83.

84.

85.

86.

87.

88.

89.

90.

91.

92.

93.

94.

95.

96.

97.

98.

99.

100.

101.

102.

103.

104.

105.

106.

107.

108.

109.

110.

111.

112.

113.

114.

115.

116.

117.

118.

119.

120.





Cap. XXV. De causa electionis ex parte Dei.

ponant talem electionem, negant fuisse ex meritis Christi. Deinde illa assertio non est definita, nec ex Scriptura satis certo colligitur, ut proxime visum est, & statim iterum dicitur. Nec denique desunt auctores graues, qui ita senserint ex probabili fundamento. Nec contraria assertio est ita recepta, ut tanquam certa ab alijs Theologis asseratur, sed solum, ut magis pia, & probabilior. Tandem illa sententia pendet ex principijs incertis, quæ omnino sub opinione sunt, videlicet, an electio prædestinatorum facta sit ante, vel post præuisum originale peccatum; & an Christi prædestinatio præcesserit originalis peccati præscientiam; item, an omnes prædestinati simul cum Christo fuerint sine vlla prioritate rationis, vel quamuis prædestinatio Christi præcesserit in aliquo signo, an id sit factis, ut in eo præuisa fuerint merita ante nostram electionem, quæ poterint esse causa, vel ratio nostræ electionis, quæ omnia in dicto primo tomo, latius tractata, & explicata sunt.

41. *Obiectum adiu prædestinatorum.*  
 Neque huic censuræ obstat illud, *elegit nos in ipso*: quia ut dixi, illa particula, *in ipso*, vel dicere potest aliam rationem causæ finalis, vel exemplaris, & non meritoria: vel potest dicere causam, per quam electio implenda est, non propter quam primo fit. Et illud. *Prædestinauit nos per Iesum Christum*, intelligi potest, ut illud inter obiectum prædestinationis, non quod sit ratio illius. Potuit enim Deus hominis salutem mera sua voluntate prædestinare, licet prædestinauerit danda per Iesum Christum: & sine meritis proprijs prædestinauit homines ad gloriam obtinendam per merita. Et sic etiam optime dicitur Deus 2. Tim. 1. *Vocare nos vocatione sua sancta secundum suum propositum* (qui ex mera voluntate illam distribuit) & *gratiam*, (quam nobis gratis dat) quamuis ex Christi meritis det, & ex æternitate ita dare decreuerit, propter quod concludit Paulus de illa gratia, quod *dara est nobis in Christo ante tempora secularia*. Et quamuis duo priora loca melius, & probabilius exponantur de meritoria causa ipsiusmet electionis, & prædestinationis nostræ ex parte Christi: tamen cum ille sensus non sit ab Ecclesia definitus, nec communi Patrum consensu receptus, non facit rem certam, sed ad summum probabiliorum. Vltimus autem locus satis congruenter sic exponitur, & aliunde satis probat distributionem vocationis congruæ, quantum ad illam comparisonem, quod huic potius, quam illi detur non esse ex meritis Christi, sed ex liberali proposito Dei.

CAPVT XXV.

Detur ne aliqua causa, vel ratio ex parte Dei electionis prædestinatorum.

42. *In hac diffinitione qua- tuor disti- genda sunt.*  
 HActenus dictum est de causis huius electionis quæ extra Deum, ut Deus est, excogitari possunt: nunc super est breuissime inquirendum, an ex parte ipsiusmet Dei, ac sapientia, & bonitatis eius ratio aliqua huius electionis dari, aut excogitari possit. Inquire quatuor distinguenda sunt. Primum est, quod Deus efficaciter elegerit aliquos, ut infallibiliter saluentur: secundum est, quod non ita elegerit omnes creandos, sed quosdam tantum ex illis: tertium, quod illi fuerint in tanto numero, & non in maiori: quartum, quod fuerint hæ personæ, & non illæ. De singulis breuiter dicam, aduertendo hic à nobis quæ rationem aliquam præter solam libertatem diuinæ voluntatis: nam quod Deus pro sola sua libertate, & consilio voluntatis suæ, hæc omnia fecerit, manifestum est: an vero pura libertas fuerit vnica ratio omnium iustorum decretorum, vel vltra illam aliam habuerit Deus, hoc inquiremus. Videtur enim spectare ad summam sapientiam, & bonitatem: ut in omnibus determinationibus libe-

ris, & circumstantijs earum aliqua speciali ratione ducatur, & quod non sit sola pro ratione voluntas, nã hic videtur esse rationabilior, & prudentior operandi modus. In contrarium vero est, quia non videtur talis ratio posse semper reperiri, aut excogitari.

2. *Ratio dubij.*  
 Circa primum dicendum est, Non desuisse Deo rationes plures, ob quas sua voluntate efficaci aliquos ad consequutionem gloriæ infallibiliter destinauerit ex se, & ante præuisa eorum merita. Qui existimant, hanc electionem in Angelis factam non esse, nec in hominibus pro statu innocentia futuram fuisse, totam rationem huius assertionis reddunt ex lapsu naturæ humanæ per peccatum originis, & ex debilitate, ac fragilitate virium, quam inde contraxit. Quia nisi ex massa corrupta Deus elegerit aliquos infallibiliter saluandos in tali, ac tanto perfectionis gradu, pauci, vel nulli saluarentur, & cum multis imperfectionibus, & lapsibus, vix que vllus præueniret ad excellegrem gradum sanctitatis, & ideo conuenientissimum fuit, ut Deus pro ratione sapientia suæ, & copiosum numerum elegerit, & gradus gloriæ distribuerit, cum varietate, & excellentia decentissima, & conuenientissima. Quæ ratio contemnenda non est, estque consentanea Augustino, libro de correptione, & gratia, capite 11. & 12. *August.*

3. *Electio per se habet locum in omni statu, tam Angelo- rum, quem hominum, rationes eius sumere necesse est ex alijs attributis diuinis, quæ per se reuolunt & in Angelis.*  
 At vero supponendo (ut nos credimus) electionem per se habere locum in omni statu, tam Angelorum, quem hominum, rationes eius sumere necesse est ex alijs attributis diuinis, quæ per se reuolunt & in Angelis, manifestatur in operibus Dei, eas vero tetigimus supra libro 1. explicando necessitatem diuinæ prædestinationis. Præcipua vero est, ostensio diuinæ gratia, libertatis, & dominij. Quam attingit Paulus verbis illis. *In laudem gloriæ gratia sua*. In nulla enim re magis ostendit Deus, se non ex debito aliquo, vel merito hominis hæc supernaturalia dona conferre, quam eligendo, quos vult efficaciter ad gloriam. Deinde, quia dicebat ad perfectionem, & pulchritudinem regni celestis, ut ex directa, & efficaci intentione diuina in tali numero, pondere, & mensuratum constitueretur ex talibus membris, sub tali capite, in talibus gradibus, seu mansionibus constitutis, *Ut ostenderet Deus diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ*, ut ait Paulus ad Roman. 9. Præterea, ex parte diuinæ misericordiæ, & bonitatis potest reddi ratio, quia hic actus est maximæ misericordiæ, & ostendit valde diuinam bonitatem: nam ordinatur ad magnam communicationem illius. Item declarat magnam perfectionem diuinæ sapientia, & prudentia, dum infallibilitatem diuini decreti, & mutabilitate humanæ libertatis ita coniungit, ut illud hanc non destruat, & hæc illud non impediatur.

4. *Assertio.*  
 Circa secundum dicendum est. Ex parte Dei, eiusque infinitæ sapientia reddi posse aliquas causas seu rationes, ob quas non omnes homines, vel Angelos ad æternam salutem consequendam efficaciter præordinauit, sed solum ex omnibus aliquos elegerit. Ita docet Diuus Thomas dicta questione 23. art. quinto, ad 3. Sufficitque nunc ratio illa generalis de ostensione gratia, & summi dominij, ac liberalitatis Dei. Nam hæc omnia non tam euidenter, & mirabiliter ostenderentur in dilectione omnium, quam in dilectione quorundam, præ alijs, absque ratione vlla, vel inæqualitate ex parte ipsorum. Accedit, quod ad specialem ostensionem vindictiue iustitiæ necessarium fuit, non omnes sic diligere: Sed hoc iam magis spectat ad rationes reprobationis, quam prædestinationis, & ideo inferius libro quinto, melius tradetur.

5. *Assertio.*  
 Circa tertium, & quartum dicendum est, nullam posse à nobis reddi rationem etiam ex parte Dei, sumptam præter eius liberam voluntatem, cur elegerit homines, vel Angelos in tanto numero saluandos, & efficaciter vocandos, potius quam in maiori, vel

Handwritten notes in the right margin, including the word "AUGUST" and other illegible scribbles.